PETRUS LOMBARDUS. BANDINUS. INNOCENTIUS III. PAPA
Österreich, 12. Jh. Seite 78r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift



patiant sine tam lesione nat
alis quantitatis. uel essentie ipsorum
corpum.

Nisi dissensio uenit. Hoc quatuor u.
modis potest intelligi. uel de
terreno romano imperio. uel de
spuali imperio. romane ecclesie
uel de fide. uel de antixpo.
alia translatio dicit refugata.
Nota quod legitur quod antixpc nas
cetur in babilone de tribu dan. iyx
ta quod iacob ait. ad dan. colu
ber in uia. et cerastes in semi
ta. Qui cum primum se manifesta
bit ueniet ierosolimam. et circum
cidet se dicens. ego sum iudi
is promissus.

Qui extollitur super omne quod dicitur
ds aut quod colitur. quod dicitur ds
ut dii gentium. uel sci. uel
quod colitur ut ds trinitas. S;
quare quomodo potuit se extollere super
dm trinitatem. Nonne hec e
rit maior eius superbia et extol
lentia quod dicet se esse xpm.
et ita deo equalem. non maiorem
se dicet. Quomodo ergo extolletur
super omne quod colitur ds? S olo.
Vt mihi uidetur in hoc intelligitur hec
extollentia. quia sicut ille ini
quus. homo peccati filius perdi
cionis. ueneratione soli deo
trinitati debitam faciet sibi
exhiberi. et non deo. Legitur
quia sicut in xpo habitauit
plenitudo diuinitatis. ita in
antixpo plenitudo nequicie. et
omnis iniquitatis. et ut ita
dicam. plenitudo diabolita
tis erit.

Vnde potest queri. an sit futurus
homo simpliciter. an diabolus
eum personaliter assumet. sicut deus
hominem. S olo. Non potest
diabolus sic assumere ut sibi perso
naliter unitus sit. Erit ergo purus
homo. quem diabolus sic possidebit.
ut omni uirtute nequicie sue
et omni iniquitate impleat. ut
prorsus deditus illi et deuotus.
nil uelit nil possit. nisi quod dia
bolus uult et potest.

Misterium iam operatur iniquitatis. etc.
Dicit expositor quod in nerone et in
alius malis occulte operatur iam dia
bolus. qui in antixpo aperte seui
et. Vnde quare quomodo occulte operetur
in nerone. Nonne nero xpm ne
gauit. et aperte eos qui xpm predica
bant persecutus est. S olo. Iam dicitur
in nerone occulte operari. quia hoc
fecit nero fraudulenta quorundam
suggestione. Vel quod melius est. ideo
dictus est diabolus operari occulte in
nerone. non quin manifesta esset
illa persecutio. sed quia illa umbra
et figura uel ymago quedam illius
que fiet per antixpm. que mul
to grauior erit omnibus que preces
serunt. Regnabit autem tribus an